Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

que populos procreabunt & sic hereditabunt
repromissionis terram sicut & filium ei; Reliquos
autem filios quos post mortem meam genueris tui
erunt; In nomine patrum suorum uocabuntur in
hereditate sua, quin accipient separatim terram.
Nec funiculos habebunt pp prios ut reliquae trib;
in tribu effraim & manasse quasi ad pen di
cer populi commiscebuntur; Cur iacob ioseph
filio suo quasi nescienti indicare uoluit, ubi, &
quando sepelierit matrem eius; Poste prophe
ticè commemorare uoluit, ibi sepultam matrem
ioseph ubi xpr fuerat nasciturus; Quae est
pars una, quam iacob dedit ioseph filio suo extra
fratres suos, quam tulisse se de manu amorreorum
dicit in gladio & arcu suo; Significant q; urbem
quae hebraice sichem dicitur, & secundum grecam
& latinam declinationem sicima appellatur
& corruptè a plurimis sychar nominatur.
Quae & nunc neapolis dicitur urbs samarita
norum; Sichem hebrea lingua transfertur
in humerum, unde septuaginta ita interpretati sunt;
Quod autem dicit se eam in arcu & in gladio posse
disse. arcum hic & gladium iustitiam uocat.